

Andreas Hojer Ernst Gerlach

Disputatio Ontologica De Ente Et Primo Mentis Conceptu

Rostochi[i]: Pedanus, [1613]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729135047>

Druck Freier  Zugang



A. Nois.
R. N. phil. 1613.

DISPUTATIO ONTOLOGICA
DE
ENTE ET PRIMO
MENTIS
CONCEPTU,

Quam

Consensu & Autoritate amplissimi Philosophici
ordinis in Illustrissima Megapolitanorum
Academia

SUB PRÆSIDIO

Dn. ANDRÆÆ HOJERI
Philosophiæ Doctoris,

Publica eventilatione subijcit

ERNESTUS Gerlach.

A N N O

SVperbla præCedit rVinaM.

Die 12. Junij in Auditorio Unicornis
horis à 6. matutinis.



ROSTOCHI
Typis Joachimi Pedani.

1613.



VIRO,
ENTHEA VIRTUTE, GENERE, FAMILIA,
ERVDITIONE NOBILISSIMO,
DN. REINHOLDO Grothausen
à Ruhenthal/ Equiti Livono,

*Patrono, Fautori ac Amico suo
perpetim colendo,*



Positiunculas hasce
in debitæ observantiæ
sigillum

D. D. C.

ERNESTUS Gerlach
Resp.

DISPUTATIO ONTOLOGICA,
DE ENTE ET PRIMO COGNITO.

THESIS I.



Opera disquisitio in partem generalem & specialem ὀντολογίας
dissecti concludebat. Ad generalem itaq. accedere inceptemus,
adeoq. de illa priori loco agamus, ordinis methodiq. ratio, reſſe
necessitas exigere videtur; tum quod præcipuam primæ philoso-
phiæ partem, principiæq. posterioris in se contineat, tum quod
præcipuam primæ philosoſphiæ partem, principiæq. posterioris in
se contineat, tum quod ad illius constitutionem vtramq. cognitio-
nem faciat & conducat.

2. Generalis hæc pars duobus, Ente videlicet ipſo, & Modis Ens necessariè
inſequentibus abſolvitur. Nos hiſce omiſſis ad illud utpotè baſin & fundamentum
reliquorum tranſcendentium omnium, nec non ſcientiæ hujus ſubjectum adequatum
oculos intendamus, ac ſub diſputationis incudem revocemus.

3. Quum vero vox Entis Secretario omnis Eruditionis Ariſtotele lib. 4. cap. 2.
pr. phil. atteſtante ſit ex numero τῶν πρῶτων ἀρχῶν ἀνεπιπέδων opere & laboris
pretium nos feciſſe autumo, ſi diligentius ejus homonimiam enodaverimus. Cum
enim incertum eſt quot modis dicatur, accidit ut non eodem cognitionem dirigat &
qui int̄rogat & qui reſpondet Ariſt. 1. Top. c. 14.

4. Primum ergo latiffime ſi extenditur Ens, eſt vel incomplexum quod prima
intellectus dictione eaq. ſimplici, conſtituitur & intelligitur, & complexum, quod ſe-
cundâ intellectus operatione, nempe compoſitione & diſiſione, vel affirmati-
one & negatione conſicitur.

5. Illud propriè primam concernit philoſophiam, & itidem duplex reale &
rationis.

6. Ens rationis quod à Thoma deſcribitur, quod cum non eſt, eſſe tamen cogi-
tatur, ſubdiſiſit iterum in Ens rationis propriè ſic dictum, quod in Sophiâ uſum
habet, ac ſuò arbitrio continet omnes notionem ſecundam, conceptus item omnes nega-
tionum ac privationum, qualis conceptus eſt non Entis, vacui ac tenebrarum: Et
Ens fictum quod Poetis relinquimus.

7. Quanquam autem Ens rationis ſub directo & proprio primæ Philoſophiæ
ſubjecto non comprehendatur; videtur tamen nihil ominus quaſi ex obliquo & con-
comitantè ſpectare. Penitius Entis rationis naturam contemplaturo proderit Clariſſ.
Jacob. Martini diſp. ult. in Metaph.

8. Reale deſcribere ſolent Metaphyſici quod habet eſſe extra intellectum, vel pro-
ducitur à cauſa effectiva reali, eſtq. in aliquo ſubjectivè.

9. Ex hac definitione geminum dari Ens reale elici licet, unum quod suum esse habet extra intellectum in \mathcal{E} à natura, ut Ursus, est Ens reale; quia etiam homine non cogitante revera est in mundo. Alterum quod suum esse \mathcal{E} actum habet tantum in intellectu, ea propter etiam primò intuitu videri potest. Ens rationis, accurationi hinc mentis acuminè si perpendatur, reale esse inscius in e nullus poterit; realia enim continent, ad certa predicamenta referuntur, \mathcal{E} in scientia reali considerantur. Hujusmodi sunt conceptus mentis primi, habitus scientifici, \mathcal{E} id genus alia.

10. Entium realium aliud dicitur $\kappa\alpha\tau\epsilon\sigma\mu\epsilon\lambda\epsilon\eta\eta\theta\epsilon\varsigma$, aliud $\kappa\alpha\theta' \alpha\upsilon\tau\acute{\iota}$. Secundum accidens dicitur quod ex duobus Entibus completis resultat, quod trifariam fieri videmus, 1. quando substantia \mathcal{E} accidens coherent, ut homo Musicus. 2. quando ex accidente \mathcal{E} subjecto (qui modus illi est oppositus) fit unum ut Musicus homo. 3. Quando accidens de accidente dicitur in uno subjecto, ut Russus Musicus.

11. Hoc, cū ejus causæ sint indeterminatæ \mathcal{E} contingentes, \mathcal{E} non ex natura intentione sed sæpe contra eā ejus ordinē oriatur ex agro Ontologico ebelli necesse est.

12. Ens per se est, quod definitore, Sophiæ Aquilæ, uti ab artium Imperatore Scaligero Ex. 194. f. 1. adpellatur, lib. 3. pr. phil. c. 7. significat certas Categorica si puras, \mathcal{E} quod ad certum predicandū modum revocari potest.

13. Tertio: Ens aliud est positivum, aliud privativum. Hoc est, negatio formæ sive habitus in subjecto ad illum recipiendum \mathcal{E} possidendum à natura destinato.

14. Privationem negationem esse diximus, quum vero omnis negatio sit non Ens, hoc discrimen erit observandum, quod alia sit simpliciter non Ens nullam habens cum Ente connexionem \mathcal{E} communionem; alia autem sit quidem non Ens, sed tamen ita ut cum Ente participationem habeat, certumq; commotet subjectum, atq; ita Ens $\kappa\alpha\tau\epsilon\sigma\mu\epsilon\lambda\epsilon\eta\eta\theta\epsilon\varsigma$ dici possit, hujusmodi negatio est privatio.

15. Privatio porro varijs modis distinguitur. Primum sumitur Logicè quæ jam fuit vel esse debuit in certo subjecto, \mathcal{E} de hoc propriè hoc loco agitur, vel Physicè pro absentia formæ substantialis in materia ita tamen ut materia apta sit ad eam recipiendam. Hæc privatio est Philosopho principium generationis 1. Phys. c. 8. \mathcal{E} 9.

16. Aliquando activè pro rei ablatione, aliquando passivè vel pro quavis negatione etiam in eo subjecto quod affirmationis non est capax, vel pro diminutione alicujus habitus, vel pro debilitate \mathcal{E} defectu quovis in subjecto capaci.

17. Amplius in naturalem, cum id abest quod subjecto naturaliter debebat adesse, vel adventitiam quando id abest quod circumstare potest, qualis est pauperem esse, nudum esse, digeritur. Illa iterum in totalem \mathcal{E} partialem subdividitur.

18. Ista, quæ Damasceno \mathcal{E} alijs potentia privato audit est, à qua ad habitum ordinariè non datur regressus. Hæc quæ \mathcal{E} actus privatio nuncupatur, est à quo ad habitum facilis \mathcal{E} ordinarius datur regressus.

19. Quum potentia sit affectio propria quæ à subjecto sine ejus destructione separari nequit, queri potest occasione proximæ thesīs an res aliqua potentia suā privari possit? At inter privationem primam à forma immediatè promanantem, \mathcal{E} secundam.

*Aliter ex
9. 10. mai
- obijci
sp. in libro
V. 1. 2.*

eundam quae nihil nisi organorum dispositio, notata distinctione, res omni difficultate carere videtur: Hujus quippe non illius privationem fieri existimamus.

20. Ens positivum est quod essentiam habet veram.

21. Tandem Ens & adjectivè & substantivè sumitur. Adjectivè seu participialiter adeptum, denotat actum exercitum, seu rem actu existentem, substantivè sive nominaliter sumitur pro essentia, quae est principium per quod res potest esse actu quamvis nondum existat.

22. Priori modo Ens non acceptamus: Existentia etenim Enti adjuncta, habet in prima philosophia rationem & ingenium Entis per accidens. Posteriori vero modo proprie Ontologicum constituit subjectum.

23. Perplexa Entis aequivocatione detecta descriptionem videbimus. Cum enim ex genere & differentia non componatur, & supra se ulterius genus univocum non habeat, quum ipsum sit summum, perfectam definitionem non admittit.

24. Circumscribimus igitur, non ut volumus sed ut possumus, quod sit generalissimum illud, quod primum omnium intellectus noster, tanquam notissimum, concipit.

25. Veteres Philosophi omnes hactenus contenti fuere descriptione, cum per naturam rerum definitionem dare non poterant. Ex recentioribus Timplerus aureos sollicitur montes, & quod nemo hactenus potuit, neque per naturam efficere licet, se affectum arbitratur.

26. Egregium vero Entis genus fingit intelligibile vel aliquid.

27. Intelligibile Ente latius esse proba biliter Timpleri animum percutit, quod non tantum de Ente sed etiam de non Ente praedicetur, cum & non Ens sit intelligibile.

28. Aliquid latius patere quam Ens probat ex eo quod Ens & essentia sint species oppositae unius generis, & aliquid positivum sit commune essentiae & Enti.

29. Sed Antagonistae rationes vitiosae sunt de principij petitione.

30. Non Ens enim intelligibile non esse liquet ex eo, quod tantum intelligibile proprie dicatur quod est proprium & per se objectum humanae intellectiois, hujus vero objectum adequatum omnibus sanis fatentibus est tantum id quod verum est, & consequenter ens est, Ergo & illud tantum intelligibile erit. Intellectus enim, quum primordium sumat a sensibus, sensibus vero tantam Ens obijciatur, de assumpti probatione constat.

31. Deinde cum non Ens nullas habeat causas, nullas affectiones & infra omnem locum & tempus constituatur, intelligibile non est.

32. Non vero negamus quin per accidens quodammodo non Ens intelligi possit, quatenus nimirum vel similitudine & imagine rerum verarum in phantasia & intellectu ipso representatur, ut Chimera, Eris.

33. Genus etiam in cerebro Timpleri natum prima evertit principia. Hactenus enim defensum est inter Ens & non-Ens talem dari pugnam, ut nulla in ipsis inveniri queat convenientia. Timplerus vero in intelligibili Ens & Non Ens convenire clamat. Verum dum dicit intelligibile utriusque convenire cogitur adserere, eaque non Ens cognosci etiam Ens, cum tamen hoc per se intelligatur illud per accidens.

34. Non esse intelligibile Non - Ens demonstrabimus. Enti vero vel ut aequale tribuitur, quatenus reciprocatur cum eo, optima quippe conuersio: Omne Ens est intelligibile, & omne intelligibile est Ens. Ut strictius quid ad Ens se habet, quatenus est accidens, omnis etenim substantia & subjectum prius est accidente; & prius quid oportet, quam intelligatur. |

35. Aliquid positivum latius Ente esse concedi nequit. Duplicem enim in prima philosophia ob tinet Etymologiam. Prior est quod aliquid perinde sit ac habens quidditatem aliquam & sic contradictorie opponitur Non - Enti; Entisq; est aequale. Posterior est qua aliquid dicitur quasi aliud quid, & sic non ut superius sed ut inferius sub ratione unius deprehenditur.

36. Ex veteribus nobis contradicunt Platonici qui unum ante posuere Enti, ast quum reciprocatio iuxta philosophum sit certissimum generis vitiosum indicium, amplius hoc in loco de illorum sententia non laborabimus.

37. Postquam in genere definitum Ens in differentias per quas in suis speciebus restringatur, per quas deinde etiam species Entis differant, inquiremus.

38. Ubi ab aliorum opinione recedentes statuinus determinationem Entis in speciebus fieri per modos positivos & reales, quorum unus vocatur per se subsistere, qui est substantiarum proprius: alter inherere alicui tanquam subjecto, qui accidentibus convenit.

39. Hi tamen modi ad communem Entis naturam referuntur non essentialiter, hoc enim concesso illa forent absurda quod communicata generali Entitate, Substantiae, una etiam communicetur modus accidentis qui est inherere alteri; quodq; duo contrarij modi existendi uni rei insint: nec tamen a communi Entis natura ita sunt abstracti sicuti aliorum generum differentiae.

40. Alia enim genera ex aequo suas despiciunt differentias à quibus determinantur: Ens vero modum substantialem semper coherentem requirit, qua deinde mediante etiam modum accidentialem recipit.

41. Entis Homonymia breviter enucleata, descriptione aliquali data, supersedit ut quae Entis ad nostrum intellectum sit ratio ulterius attendamus.

42. Ubi statim prolixa de primo cognito dissertatio occurrit.

43. Explicandi autem primò erunt questionis termini & punctum difficultatis ostendendum. Sciendum igitur est cognitionem nostram esse duplicem potentialem & actualem. Illa est quando species est in mente, nec tamen mens intelligit id quod per speciem est representatum, sed intellectus est in proxima potentia ad cognoscendam rem. Verum quum improprie tantam dicatur cognitio, utpote à nostro instituto alienam inquam.

44. Actualis est quando etiam species intelligit id quod per speciem representatur. Hanc dividit Zabarella in confusam & distinctam.

45. Confusa est quae accidentia ad essentiam rei pertinentia cognoscit, non cognita rei essentia. Distincta est quae non tantum accidentia rei, sed rem determinate secundum omnes suas essentiales partes cognoscit.

46. Utraq;

46. Utraq. est vel rei simplicis vel rei complexa cognitio. Rei simplicis cognitionem confusam habemus quando cognoscimus ipsum esse & ignoramus quid sit: Distinctam vero quando etiam cognoscimus quid sit. Rem complexam confuse cognoscere est ignorare à causa nosse solum quod sit, distincte vero est cognoscere propter quid.

47. Rei simplicis cognitio est vel originalis vel habitualis. Originalis est intellectio rei quam antea non habuimus. Habitualis est cujus causa est habitus jam ante preexistens quod Zabarella & qui ab eo facit Jacobus Mart. exemplo Mathematici à sonno excitati, illustrant.

48. Ex his datis cognitionis distinctionibus status controversie sic informatur: An Ens sit primus mentis conceptus, cognitione actuali, rudi crassa (ut vocant) confusa, rei simplicis, originali.

49. Hæc opinionum volutarum procella est quas latius Zabarella, Pererius, Toletus, Arnsæus, Jacobus Martini perstringunt, nobis unius cujusq. opinionem recensuisse sufficiat. quum aliàs communi omnium penè tam scriptorum quam professorum consuetudine in Physicis (ut Pererij verbis utar) pertractari adsoleat.

50. Scotus intellectui nostro esse speciem specialissimam primo cognitam & quo quidquam sit universalius eo difficilius cognosci autumat. Scotistarum opinioni in os reclamant Thomista qui Ens primò intellectum ferire distikant. Ochamus, Burlæus, Picolomineus, Pererius primum omnium obycti singulare intellectui humano adferunt. Zimara interdum singulare interdum universale primum esse mentis conceptum existimabit. Petrus Fonseca à quo militans Connimbricenses videm temporatè voluit loqui, quasi species infima præcognoscatur, datis omnibus ad intelligendum requisitis, & remotis impedimentis, si vero impedimentum intercedat, id quod magis universale est.

51. Nos ex hoc opinionum mari Thome proximè ad veritatem adcedentem, cum Avenroes, Avicenna & Græci omnes suffragantur, & Aristoteles in præmio Physicæ favet, selegimus: sequentibus suffulti rationibus.

52. 1. Quia Ens universale est, universale autem primò sensui offertur; 2. Universalia sunt imperfectiora, & id intellectus prius adprehendit quod est imperfectius. 3. Universale facilius abstrahitur: species etenim infima quæm constat ex multis differentijs difficilius abstrahitur universale quod ex paucis. 4. Deniq. qui negas Ens omnium primum conceptum esse colloquium cum pueris bimis institue, & quare de re ignota quid sit, statim respondebunt est Ens, Es istein Ding! atq. in illa responsione simpliciter adquiescent.

53. Interim hac indicandum, nos intelligere universalia non quatenus sunt abstracta à singularibus, sed is concreta, & (ut cum Scholasticis barbaro utar vocabulo) quatenus adhuc sunt singularizata.

54. Terminus enim à quo est prior termino ad quem: at universale & per consequens Ens singularizatum in abstractione est terminus à quo, Ergo & prius ab intellectu cognoscitur. Poterit & ex hoc fundamento aliquis tueri, quod universalis non sint actu universalis nisi à mente & per abstractionem ejus; ergo quam
primam

primum offeruntur intellectui, singularizata sint, ideoq; ante abstractionem ita percipi
neccesse est.

55. Entis conceptum omnium primum esse diximus, restat ut investigemus an
detur conceptus Entis formalis, confusus, unicus, simplex, præcisus ab omnibus in-
ferioribus.

56. Quæ questio recte ut percipiatur, distinctiones, quæ in hac controversia da-
ri solent inter conceptum formalem & objectivum diligenter notentur.

57. Conceptus formalis est notio ab anima in intellectu formata representans
objectum externum. Conceptus objectivus est ipsum objectum per conceptum forma-
lem adprehensum & cognitum.

58. Observandum itidem erit quid sit re quid ratione præcisum esse ab inferio-
ribus. Secundum rem præcindi aliquid dicitur ab inferioribus, quod ab illis quo ad
existentiam realem non pendet, sed potest ab unoquoq; illorum realiter separari. Ra-
tione præcisio fit, quando interveniente mentis operatione aliquid ab alio separatur.

59. Quibus ita explicatis communem Metaphysicorum sententiam amplecten-
tes, statuirus conceptum Entis formalem, proprium & adequatum esse unum re &
ratione se junctum à substantia & accidente. Inanes verborum strepitus & Fonseca
qui negabit omnino Entem conceptum objectivum unam præcindere essentiam re ipsa
distinctam ab inferioribus; quum analogæ non possint cogi in unum conceptum, &
quum formalis imitetur conceptus objectivi rationem, idem de eo sentit: & Ferrar-
iensis qui unicum conceptum largiendo, eum nominalem duntaxat non vero realem
adferit: floccipendentes.

60. Fonseca primum nostrum nomine respondet experientia quæ docet in Entis
conceptu neminem concipere vel naturam vel Deum, vel angelum, vel corpus. Non
enim audit à Entis voce, intellectus noster in varias rerum naturas distrabitur sed po-
tius ad unum quid sese colligit, non secus ac quando substantiam, corpus, hominem
audit & concipit. 2. Conceptus Entis est simplicissimus ergo & unus hic quippe con-
ceptus respondet Enti prout Ens est. Demum, quum Ens habeat suas adequatas ad-
fectiones, quæ per se & universaliter de alijs rebus non dicuntur, nisi propter Ens, se-
quitur Ens revera diffidere ab inferioribus.

61. Utitur etiam Fonseca triplici conceptus distinctione, dum dispescit eum in di-
stinctum confusum & mixtum, id est qui partim sit confusus, partim distinctus, qualem
dicit esse in unius analogati scilicet famosioris conceptus, qui involvit ignobilioris ana-
logati conceptum. Sed nimis videtur scrupulosa & præter necessitatem excogitata.

62. Falso etiam putat Ferrariensis hunc conceptum tantum & quid nominis
unum esse, non autem & quid rei significatæ nomine Entis, quum intellectus intelli-
gat se Entis conceptum habere, antequam nomen formet.

63. De conceptu objectivo an sit unus etiam videbimus, & quoniam objectiva
externa sunt mensura nostræ cognitionis & conceptum in anima sequitur si forma-
lis conceptus est unus, quod etiam objectivus unus sit: Formalis enim conceptus totam
suam unitatem habet ab objecto.

64. *Art 1. in eo discriminantur quod conceptus formalis semper sit vera res pos-
positiva & in creaturis qualitas menti inherens: objectivus vero non semper sit vera res
positiva: concipimus enim interdum privationem & alia, quæ ab intellectu formaliter
non determinantur. 2. Quod conceptus objectivus æquè sit præcisus ab inferiori-
bus ratione tantum non vero reipsa. Potest enim realiter existere Ens sine accidente
sed ut sine substantia Ens aliquod existat fieri nequit: idq; ex analogi natura.*

65. *Indicavimus hætenus Entis conceptum formalem & objectivum unum esse:
Jam an æquivocus, an Univocus an vero Analogicus sit videbimus.*

66. *Non est æquivocus, 1. Ens enim gignit scientiam 2. Ens resolvitur in Es-
sentialia prædicata. 3. Ens admittitur in propositionibus, à quibus in univèrsum omni-
bus æquivocorum natura abhorret.*

67. *Neg. Entia sunt univoca, prædicamenta enim non essent diversa, quippe genus
supra se habent in quo univocè convenirent. Deinde Ens dicitur secundum prius &
posterius, Deus etenim & substantia secundum prius dicitur Ens; creatura & accidentia
secundum posterius. Ultimo Ens de singulis prædicamentis prædicatur in quid ge-
nus vero de suis differentijs quidditative non prædicatur à quibus arctatur, ut animal
non prædicatur de ratione.*

68. *Trifariam Scotistarum univocationem huc adponemus. 1. Logicam, quæ est
commoda convenientiæ primarum notionum cum secunda; Physicam quæ de suis indi-
viduis prædicari potest: & Metaphysicam quæ est unitas alicujus primæ intentionis
abstrahibilis per intellectum à pluribus.*

69. *Posteriori hoc univocationis genere Ens univocum esse Scotiste dicunt, quæ ta-
men iterum est duplex 1. prout contradistinguitur æquivocis & sic habet analogia.
2. ea denotat quorum nomen commune est & ad illud nomen accommodata definitio
eadem. Hanc posteriorem mittimus & priorem curamus.*

70. *Est Ergo Ens propriè Analogum. Quum vero analogia duplex sit Propor-
tionis (quando rebus diversis idem nomen tribibuitur propter similitudinem Metapho-
ricè, ut quando oculus tribuitur corpori & menti) & Attributionis (quando plura
significantur eodem nomine propter ordinem & relationem ad unum cui ex primaria
constitutione illud convenit, sitq; duobus modis 1. quando forma denominans uni rei
intrinsicè inheret alteri vero per habitudinem. 2. modo sit quando forma denomi-
nans intrinsicè in utroq; extremo est, quambis in uno per se principaliter & absolute
in altero vero minus principaliter & ab relativè) queritur quo modo Ens sit ana-
logum.*

71. *Nos hoc posteriori modo de substantia & accidenti dici adserimus. Acci-
dens enim non est ens per extrinsecam denominationem à substantia, sed per intrin-
secam Entitatem suam secundum quam habet suum proprium esse.*

72. *Atqui de Ente & Cognito primo hæc sufficient; addemus aliunde man-
tusas nonnullas.*

1. An S. S. Scripturæ authoritate vel rectæ rationis discursu
 evinci queat fures capitaliter plectendos & insuper laqueo esse
 elidendos? Legum & jurium sanctiones non consulimus in
 præsentî quæstione: Solum S. Scripturam & rationem accersimus,
 præcipuè ob eam causam, quod nonnulli pugnacissimè
 contendant rationi consentaneum & S. Scripturæ conforme esse
 ultimum furis supplicium. Verum quæso te è S. Codice, tibi
 quod faveat adfer exemplum mortis statutum in fures & fur-
 tum. Acanis Lapidatio Josuæ 7. tibi non faveat, qui fures sus-
 pendendos esse ais, non enim propter abalienationem pœna af-
 ficitur Acan, sed propter prævaricationem & in Dei mandatum
 impietatem v. 15. & 19. ejusd. cap. Confugies ad fortissimum,
 κρησφύγεον 2. Sam. 12. Ubi ex accusatione Nathanis Prophætæ
 Rex David quamvis ignorans seipsum capitaliter damnavit ob
 oviculam pauperi violenter ereptam. Resp. 1. Non ob furtum,
 sed ob crudelitatem & atrocissimam injuriam pauperi à divite
 factam, mortis supplicium statuebatur. Itaq; Nathan vehemen-
 tissimis ex aggerationibus rem totam adgravat, ut inibi est vide-
 re. 2. Furti pœna qua furtum erat v. 6. luculentissimè exprimi-
 tur, nempe quadruplum ovis ablatae præcium esse restituendum
 pauperi Domino. 3. Concedimus fures atroces & vi crudeli
 alienas auferentes capite puniendos, non tamen ob furti, sed
 immanitatem furto conjunctam, quæ vitæ periculum Domino
 interminatur. Ut S. Scriptura est contraria agentibus, ita quoq;
 ratio rectè se habens neutiquam patrocinetur. 1. Pœna quæ
 major peccato est injusta. Minorem probo, ubi non est propor-
 tio ibi non est æqualitas, sed excessus, at inter capitis supplicium
 & furtum nullæ est proportio, multo minus inter furtum & fu-
 nestissimum genus supplicij per laqueum. E. hæc pœna quæ
 major est delicto injusta quoq; erit. 2. Si scortatores & adulte-
 ri non puniuntur continuo multo minus fures capitaliter plecti
 debent, quia 1. illi ab ipso Deo è medio tolli jubentur: ex adver-
 so autem fures interfici non jubentur ab ipso Deo sed puniri ci-
 viliter. 2. Illi magis turbant Rempublicam quam fures. Sed
 satis de hoc problemate, quæramus alia.

2. An

2. An Cuculus traduci queat ingratus? N. quia nullum brutum capax est virtutis quæ est habitas animæ rationalis. E. nec vitij capax erit. Contrariorum enim idem est subjectum. Ergò nec Cuculus dicendus erit ingratus, Ergo nec Ciconia commendanda de gratitudine erga parentes senio confectos. Ergo solus homo gratus appellandus.

3. An Poëtæ rectè dicant aves & præcipuè earum principem Lusciniam canere? N. Canere enim est cum certa modulatione loqui, quod soli homini proprium est. Garrunt aves non canunt si propriè loqui velis. 2. Canere est numerare quod soli homini competit.

4. An aquæ flores protrudant ex quibus quasi semina concipiantur multiplicandarum aquarum? Hoc statuunt Nautæ pleriq; decepti alteratione aquæ circa hoc ipsum tempus. Viridis enim color varia excrementa jam à sole adusta; non autem flosculi augendæ aquæ.

5. An Germania consuetudo adprobanda ut facinorosum & sceleratorum cadavera, qui rotâ concutiuntur in ipso supplicij instrumento putrescant insepulta? N. Est enim contra naturam, quæ suadet hominem mortuum terra tegi, & contra DEI mandatum Deut. 21. vers. 22. & contra exempla manifestissima sacrarum literarum fieri indubitatum est.



Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, appearing as ghosting.






2. An Cuculus traduci queat ingratus? brutum capax est virtutis quæ est habitas animi nec vitij capax erit. Contrariorum enim idem Ergo nec Cuculus dicendus erit ingratus, Ergo mendanda de gratitudine erga parentes senio solus homo gratus appellandus.

3. An Poëtæ rectè dicant aves & præcipuè Lusciniam canere? N. Canere enim est cum ne loqui, quod soli homini proprium est. Gaudet canunt si propriè loqui velis. 2. Canere est non homini competit.

4. An aquæ flores protrudant ex quibus cipiuntur multiplicandarum aquarum? Hoc pleriq; decepti alteratione aquæ circa hoc ipsius dis enim color varia excrementa jam à sole ad flosculi augendæ aquæ.

5. An Germania consuetudo adprobanda sceleratorum cadavera, qui rotâ concutiuntur instrumento putrescant insepulta? N. Est eadem, quæ suadet hominem mortuum terra tegi, mandatum Deut. 21. vers. 22. & contra excelsissima festissima sacrarum literarum firmamentum indubitatum est.



the scale towards document